



III, 57.

257.



III, 51.

H. 3

SOLATIA, QVÆ  
SERENISSIMÆ PRINCIPI  
ANHALTINÆ  
AC DOMINÆ,  
**DNÆ. SOPHIÆ AU-**  
**G U S T Æ,**  
DUCI NATÆ SLESVIC.  
HOLSAT. STORMAR. ATQVE DITMAR-  
SIÆ ETC. COMITI ASCANIÆ, IN  
OLDENBURG ET DELMEN-  
HORST,  
**DOMINÆ SERVESTÆ, BE-**  
RENBURGI, JEVERÆ NEC NON  
KNIPHUSII, ETC. ETC.  
**VIDUÆ ET TUTRICI;**

Exhibuerunt  
**PROFESSORES NONNULLI WITTENBERGENSES**  
Aliique  
Laudabilissimam PRINCIPIS beatissimi  
memoriam Venerantes

---

SERVESTÆ,  
Literis JOACHIMI Palmen.

JOHANNES OLEARIUS D.

**B** Eccatis populi Regesque Ducesque potentes  
Justos, atque pios subtrahit alma Trias.  
Exemplo tristi PRINCEPS docet Optimus, eheu!  
Secula qui dignus vivere Mathusalæ.  
Fallor! an hoc Nemesis divina relinquere tantum  
Ingrato mundo depositum poterat?

At ne despicias cætus pia vota sacrati,  
Præsidium Constanſ, unica Noſtra ſalus,  
**CHRISTE**, Patrem Patriæ geminum pietate, nitore  
Virtutum, meritis qui ſuperare queat,  
Sufficias, Divi prælustris imago **JOHANNIS**  
Fulgeat in terris sydere latififo,  
Fulget ut in cœlis mens ſacratiſſima, latæ  
Concelebransque D E U M voce, triumphat ovans!

**ABRAHAM CALOVIUS, D.**

I. B Kön. XV, 14.

**Das Herz Assa war rechtschaffen an dem  
HEXEN sein lebenlang.**

Cor Assa erat P E R F E C T U M, Schalem cum Domino, omnibus diebus suis. Hebr. τελεία LXX.

Cor erat P E R F E C T U M in timore Domini, omnibus diebus ejus. CHALD.

Cor Assæ P E R F E C T U M fuit erga Dominum Deum suum. STR.

Nihilominus animus Assæ S I N C E R U S fuit in timore Dei. ARABS.

Elias Reußnerus in ſtemmate Witichind.

De Christiano 3. R. Dan.

Domus ejus templum fuit Spiritus Sancti, Prudentia oculus, libra Justitiae, Fortitudinis sedes, regula Temperantie, Honestatis exemplar, fons Gratiarum, Musarum chorus, doctorum gymnasium, Theologorum ſacrarium, pauperum mensa, refugium innocentium, praesidium miferorum.

**JOACHIMUS CAMERARIUS von Fürst Georgen zu Anhalt.**

Ex hat alle seine Gedanken / Herz/ Sinn und Gemüthe zu  
dem ewigen G O T T E gewandt/ sein Bekannts im wu-  
ren Glauben gethan / und den Sohn Gottes/ welchem  
er gedienet/ und ihn geehret/ herzlich ūmb Beystand des  
heiligen Geistes angerufen/ daß er in Ihm den Glauben  
und Liebe erhalten wolle.

Rege? quid Imperio? quid Principe majus in orbe?

PERFECTUS. Talis J A N U S eratne? manet!

Was iſt? das höher ist als alle Kœnig Kronen/  
Als alle Reich der Welt/ als alle Fürsten-Thronen?

Rechtschaffen ſeyn / das ist der Fürsten Eugendherz/  
Hier liegt ein ſolcher Fürst/ ein recht rechtschaffen Herz!  
Welcher zu Bezeugung unterth. ſchuldigen Mitleidens  
Hinben ſezen wollen

**JOHANNES OLEARIUS, D.**

Memoria  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
**DOMINI JOHANNIS**  
PRINCIPIS ANHALTINORVM &c. &c.

**D**ifficile hic non est vel Numine digna referre,  
Ingenio flamas elicente novas.  
Sponte subit numeros trepidans Elegia Poëtis,  
Nec tamen hæc laudi sufficit ulla Tuæ.  
Plus TIBI debetur, plus qvovis Principe PRINCEPS,  
Sufficient aliis carmina, nulla TIBI.  
facieb.

**CASPAR ZIEGLERUS D.**

Consiliar. Elect. Sax. & Facult. jurid. in  
Acad. Witteberg. Ordinarius.

I. N. J.

**B. AMBROSIUS**

TOM. III. ORAT. DE OBITU VALENTINIANI IMP. FOL. 9.

**E**sto dolendum sit, qvod primævæ objerit ætate, gratulandum  
tamen, qvod virtutum stipendiis veteranus decesserit.  
Tanta laus morum ejus, ut omnem memoriam doloris obducat.  
Qvod obiit fragilitatis est, quod talis fuit, admirationis.  
Qvam beata fuisset res publica, si eum diutius servare potuisset;  
Sed qvia vita sanctorum non hic in terris est, sed in cœlo: dolendum  
EST, QVOD NOBIS CITO RAPTUS SIT, CONSOLANDUM QVOD AD MELIORA  
TRANSIERIT.

**M**Atre urgente ratum qvod magnus Cæsar habebat,  
Sincerâ sobolem Relligione frui,  
Per me Leucoreæ promotum ut mente recordor  
Lætâ, informantis tum subiisse vices: [A. 1628. M. Mayo.]  
Principis excelsâ virtutum laude corusci  
**J**OHA NNIS meritò sic pia fata fleo,  
Vivum, defunctum, qvæ gratia dia beavit,  
Relictis adsit, mente manuque precans:  
Pura ut Relligio, pax, iustitia, omnia fausta  
Semper A NHALTINA sint vigeantque domo!

**W**as durch des Höchsten Gnad und Keyserlich belieben  
Der werthen Mutter Sorg erlanget auszuüben/  
Dass Fürst Johannis noch zart in unverfälschter Lehr/  
Erzogen wurd zu Trost dem Land und Gottes Ehr/  
Auch meine Wenigkeit dazu gebrauchet worden/  
Als Ich zu Wittenberg war im Magister Orden  
Wie solches Ich gedenck nicht ohne Dank und Freud:  
Des frommen theuren Fürstens Tod also mir bringet Leid.  
GOTT der bey Lebens-Zeit ihn hat mit reichen Segen  
Begnadet/ Selig auch geführt auf Todes Wegen/  
(o) ij

Der

Der wolle kräftiglich das hochbetrübte Haus  
Auffrichten / Ungemach und Unheyl treiben aus.  
Ja bey der reinen Lehr / Gerechtigkeit / Gedeyen  
Dem hohen Fürsten - Haus / samt Fried und Trost verleyhen/  
Damit Fürst Georgens Ruhm und hochgepriesner Nam/  
So unvergleichlich/bleib in Fürst Johannis Stam!

Wünschet aus höchstschuldigen Mitleiden  
nebst kräftigsten Göttlichem Trost

GOTTFRIDUS OLEARIUS, D.S.H.

Principis extinti cineres dum plangis, ANHALDUM,  
Dum spargis calidis illustrem fletibus urnam,,  
Et busto exiguo decernis grande cadaver;  
Ipse ego in lacrumas abeo & dissolvor in undis,  
Et consisto gemens ad tanti Nominis umbram,,  
Officiumque suum generosis Manibus imi  
Exolvunt gemitus & multi in funere luctus.  
Quin tot testa Ducum jurataque Numina septem  
Romano sceptro tanti dispendia Fati  
Lugent, Illustrique dolens Europa sepulchro  
Incubat; Orbis habet, quod ploret; Forsitan ipsos  
Tangit causa Deos. En nostris undique sylvis  
Turpis langvor inest, querco coma marcida pendet,  
Ipsa rogum tangens Pietas sic pectore tristi  
Infit: In exuviis his sum confessa Jehovam,  
Et complexa meum fidei sum robore Christum.  
Proscripti scelerum matres adversaque recto  
Crimina; Calcavi Fastum pede; funditus æstum  
Ambitionis ego ejeci lucisque furorem..  
Sic est: grata domus fuit, O vox ASPERA! Princeps  
Noster Virtutum. Cunctis Prudentia factis  
Emicuit: Primis mens fortis luxit in annis.  
Relligionis amor cum cultu Numinis Ipsi  
Maxuma cura fuit: Sublime Modestia culmen  
Inflexit: Candor simplex in fronte sedebat.  
Magnas inter opes humili, non spernere doctus,  
Nec sperti, facilis paribus, Tutorque misellis.  
Hinc meritò tantos obitus deplorat Anhaldum.  
Principis atque sui laudes exæquat olympos.  
Ipse Ducis tanti tumulum cineresque verebor,  
Et busto virides tener à lanugine nardos  
Aspergam figamque novis de frondibus aram  
Ponam funereas ad celsa sepulchra cupressos.  
Tandem ex ære struam, pietate jubente, columnam..

CONRADUS VICTOR Schneider/

Phil: ac Med. D. Prof. P. &c.

EPI

## EPICEDIUM.

**S**i probitas, Germana fides, si Principe dignum  
Pectus, & excelsi nobilitas generis;  
**S**i desiderium populi, si vota Clientum,  
Si spes mœstorum, si lachrymæ, atque preces,  
**F**rangere vim fati possent, mortisque rigorem  
Ereptum non Te, plangeret atra D O M U S,  
**O**dilecte D E O Princeps, vereque JOHANNES:  
Deliciæ humani eheu! modò qvi generis.  
**O** hominum curæ vanæ! En ludibria rerum:  
En spes fallaces, votaque cassa nimis!  
**O**stensus Mundo es: Neque tanto hic munere dignus:  
Hinc, vitæ mediis, occidis, officiis.  
**A**t Tibi, quod demptum est, vitæ quæ commoda, larga,  
Egregiæ soboli dividat, Ille, manu,  
**Q**ui vitæ, mortique potens, benedictus in ævum,  
Arbiter humanis præsidet Imperiis.  
**N**am cœtum Angelicum, & Cœli consortia adepto,  
Mirum, quam Tellus sordeat ista, modò.

In Serenissimi, & Celsissimi Principis, ac Domini,  
Domini sui heu! quondam & Clementissimi bea-  
tam memoriam, fundebat humillimo animo,

**ABRAHAMUS MARCONNET,**  
J. U. D.

**A**UGUSTA, voce & re SAPIENTIA,  
Divina PRINCEPS desine tristium  
Tandem querelarum, & latentes  
Aude animo sepelire curas.  
Heroa virtus nil lacrimabile  
Admittit; ipsis Regibus altior,  
Ipsaqve Majestate major  
Ingenium Superum æmulatur.  
In casibus stat, seu pelagus super,  
Seu fulminantis porta tonet Poli;  
Humana transit, Numinique  
Fisa suos agitat triumphos.  
**Q**vis credat autem funere PRINCIPEM  
Mergi JOHANNEM posse PISSIMUM  
Numen recepit, sospitatque  
**S**ANCTAM ANIMAM, gremioque mulcet.  
Aurata stellarum ad Capitolia  
Erecta fama est; carmine laudibus  
Multis sonando, nomen Ejus  
Sol orjens moriensque servat.

(o) 3

Insul.

Insculpta cœlo gloria non cadit,  
Et fas & æqui strenua veritas,  
(Qvâ DIVUS omnes inter olim  
Eminuit) prohibent perire.  
Centum vetustas ibo in imagines?  
Centumque retrò in ASCANIO Seam?  
Non æra, splendidiq; tantum  
Nominis hi tituli parabunt,  
Quantum sereñi tractibus ætheris  
Inscripta Virtus: SUB. PATRIÆ. PATRE.  
HOC. FLORUERUNT. SANCTA. CUNCTA.  
PAXq;. FIDESq;. PIQ;. CURA.  
Vos testor ALTI PRINCIPIS æmulos,  
Ad summa natos omnia, CAROLOS,  
ANTONIOS, nec non ADOLPHOS,  
TE LUDOVICUM etiam JOHANNEM!  
VOS in Paternum provocat Imperi  
Spes Nomen: ardent VOS quoque Literæ  
Amoeniores, Infulæque  
VOS, Trabeæque sibi petunt VOS.  
Summus futuri temporis Arbitr  
VOS tarda clari cardinibus Poli  
VOS SIDERA addat, VOSq; servet  
Pignora grandia Principatus!  
SOPHIA PRINCEPS Optima Maxima,  
AUGUSTA VIVAT! VIVAT! ita appreco  
Servus, cliens, devotus atq;  
Cultor, ita auguror, opto vates.  
Devotissimâ præstare pietate debuit

## GEORGIUS CASPAR KIRCHMAJER

Prof. Publ.

IN SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,

DNI. JOHANNIS,

PRINCIPIS ANHALDINI, &c.

beatissimum obitum,

Ngentes dico luctus, & tristia fata:  
Luctus, quos fecit mors improvisa Beati  
Principis ex ANHALD, URSI de stemmate clari.  
Qvem pietas, qvem cana fides, sinceraque semper  
Relligio, pectus fidum, candore coruscum,  
Integrior facies, Orbi fecere serenum;  
Ereptus vitâ est, & morte peremptus abivit  
Ad cœli sedes superas, terrena relinqvens.  
O clades! qvam passa fuit sinceror ætas:  
O tristes abitus! qvos ILLUSTRISSIMA CONJUX  
Deplorat, sancti & CELSISSIMA PIGNORA lecti.  
Sed fuit in fatis. Summus moderator Olympi,

Arbi-

Arbiter & rerum fieri sic jussit, amore.  
Justæ animæ ductus. PIETAS SIC PRÆMIA SUMIT.  
Vos sancti manes inter mera gaudia cœli,  
Vivite felices, omnis quæ nescia luctus.  
Tuque Deus mœstas, mœstosque levare benigno  
Non renuas vultu: mentes animosque serena.  
Utque sit in natis Genitor redivivus ab alto,  
Clementer largire, decus terrisque poloque.

fecit

M. JOHNNES NICOLAUS JACOBI,  
Past: & Superint: Gomeranus.

**D**Er theure Fürst JOHANN zu Anhalt ist gestorben/  
Der Sich auff dieser Welt ein ewig Lob erworben  
Durch seiner tahten Ruhm. Wie hoch Er GOTTES Ehr  
Und reine Lehr geacht/ davon wird nimmermehr  
Die Nachwelt schweigen still. Er lich den Höchsten walten  
Zu Kriegs und Friedens-Zeit; Er hat Sich angehalten  
An JESUM seinen Hirt/ der war sein höchstes Gut  
Und seines Lebens-Zweck; der mit standhaftem Mut  
Die Lehre pflanzte fort. Wer wolt nun nicht betränen  
Den GOTTE beliebten Held? Ich hör' ein schmerzlich sehn  
Nach Ihm/ der Unterthan seufzt mit betrübten Sin/  
Ach! Unser Landes-Haupt und Vater ist dahin.  
Wie hätt' des Fürsten Tod mein Herz nicht sollen rühren/  
Des Fürsten/ den ich stets werd im Gedächtniß führen/  
Inmassen Er mir war mit gnaden zugethan  
Das wil ich rühmen hoch/ so lang ich Reden kan.  
Der fromme Himmel las die Hochgebohrnen Seinen  
Im gülden Friede blühn: Er las die Sonne scheinen  
Dem hohen Fürsten Haß/ daß es so lange steh/  
Bis dieses Welt Gebäu zu grund und Boden geh!

Aus unterthänigster Schuldigkeit/ mit betrüb-  
ten Gemüht/ mitleidend und einfältig auff-  
gesetzt und herzlich gewünschet/ von

M. August Fleischhauer

der Pfarr-Kirchen zu Wittenbergk  
ältesten Caplan.


**O**bstupui, quidam cum tristia fata referret  
Mercator, nostra ut transiit ipse loca.  
Ah Parca immitis prorumpens, nonne vereris  
HUNC PATRIÆ PATREM falce secare tuā?  
Plangito SERVESTA, & suffundite lumina rore  
OCIVES CIVES; namque CORONA jacet.

Illa

**Illa CORONA**, Tibi varias quæ porrigit umbras,  
Solamen miseris, lætaque temperies.  
**N**on opus est hedera, **T**ua **V**ITA probat perabundā,  
**P**RINCEPS, **A**TQUE **D**OMUS **G**LORIA **L**UXQ; **T**UA.  
**O**mibus es gratus, **M**AGNATES, **P**LEBSQ; profana,  
Te recolunt, malè vix est cupuisse valens.  
**Z**ELUS EI PURI TUTANDI DOGMATIS INGENS,  
Qvem patriæ multi posthabuere Patres.  
Sed nihil attendit mors horrida; qvippe parata  
REGES cum Laicis tollere fine sine.  
In tantum est vanum, vita est hominis quasi foenum,  
Atque homo sic dictus, vulgus ut inquit, huinus.  
**A**st quoniam Lethum est vitæ melioris origo,  
Felicesque dies, qvi bene vixit, habet.  
**H**inc benè mutavit PRINCEPS, rem possidet ipsam  
Pro spe, pro durâ nunc nece vita data est.  
**N**amque ibi certa qvies cum cognitione salutis  
Perfecta, nec non gaudia vera manent.  
**V**isio clara DEI postponit gaudia mundi,  
Immensum cœli gloria pondus habet.  
**Q**uam sortem TIBI concessam bonitate Jehovæ  
Congrator, liceat, cum venit hora, seqvi.  
**J**am nobis multis paucos firmare relictos  
Restat, & ad summum fundere Vota DEum,  
**U**t velit afflictis succurrere Numinis aurā.  
Aque Aulā post hac pellere quodque malum.

Debitæ subjectionis & condolentiaæ  
ergo scribebat

M: **C**HRISTOPHORUS **C**LAUSIUS,  
antehac Illustrissimorum Principum Juniorum Ser-  
vest. Anhalt. per septem integros annos Informa-  
tor, jam verò in oppido Mōckern Pastor Prjm:



X6-454  
4\*

ULB Halle

004 193 61X

3



56

V017

w. c.





SOL  
SERENISS  
AN  
DNÆ. S  
G U  
DUCI N A  
HOLSAT. STOF  
SIÆ ETC. C  
OLDENB  
  
DOMINÆ  
RENBURGI  
KNIPH  
VIDUÆ

PROFESSORES N

Laudabilissim

men

SE

Literis

